

A ex ducibus, qui ad aprum capiendum conuenerant. In eo hi uersus sunt:

Animaduertis diligentissime uerba Euripidls à Marone seruatae. Ait em̄ ille:

Et eundem pedem nudum Vergilius quoq; dixit, Vestigia nuda sinistri Insti-
tuere pedis. In qua quidem re, quo uobis studium nostrum magis comprobe-
tur, non reticebimus rem paucissimis notam, reprehensum Euripidem ab Ari-
stotele, qui ignorantiam istud Euripidis fuisse contendit. Aetolos enim nō læ-
uum pedem habere nudum, sed dextrum. Quod ne affirmem potius q; pro-
bem, Aristotelis uerba ponam ex libro, quem de poëtis secundo suprascriptis.
In quo de Euripide loquens, ait:

Cum hæc ita sint, uidetis tamen Vergilium Euripide autore quam Aristotele
uti maluisse. Nam ut hæc ignorauerit uir tam anxie doctus, minime credide-
rim. Iure autem prætulit Euripidem. Est enim ingens ei cum Græcarum tra-
goediarum scriptoribus familiaritas, quod uel ex præcedētibus licet, uel ex his
quæ mox dicentur, opinari.

De alijs locis, quos Vergilius à Græcis sumpserit, quarto et nono Aeneidos. Caput .XIX.

Nlibro quarto in describenda Eliſſæ morte, ait quod ei crinis abſcissus es-
set his uersibus: Nondum illi flauum Proſerpina uertice crinem Abſ-
tulerat, Stygio' que caput damnauerat orco. Deinde Iris à lunone missa ab-
ſcidit ei crinem, & ad orcum refert. Hanc Vergilius non de nihilo fabulam
ſingit, ſicut Aurelius, uir aliás doctissimus, Cornutus extimat, qui adnotatio-
nem eiusmodi apposuit his uersibus: Vnde hæc historia, ut crinis auferendus
ſit morientibus, ignoratur. Sed affueuit poëtico more aliqua fingere, ut de au-
reō ramo: Hæc Cornutus. Sed me pudet quod tantus uir, Græcarum etiam
doctissimus literarum, ignorauit Euripidis nobilissimam fabulam Alceſtim.
In hac enim fabula, in scenam* Orcus inducitur gladium gestans, quo crinem **Al. Charon.**
abſcidit Alceſtidi, & ſic loquitur:

πόλλα δὲ σὺ λέξας, οὐδὲρ δὲ ταλέορ λάβοις.

D Ηλὸς οῶ γαῖη κατέστη δέ αὖτε μόνος.

Σπέιχω δὲ πάπτωτι, τοι κατάρρεωμαι εἰφει.

ἴρθε γαρ οὔτι φέντε οὐδὲ δεῖψη,

ὅτα τόδ' ἔγχω κρατεῖσθαι τείχα.

Locutus Cha-
ron.

Proditum eſt, ut opinor, quem ſecutus Vergilius fabulam abſcindendi crinis
induxerit. ἀγνίσαι autem Græce dicunt dijs consecrare. unde poëta noster ait ex
Iridis persona: Hunc ego Diti Sacrum iuſſa fero, teq; iſto corpore ſoluo.

Nunc quia pleraq; om̄ia quæ ſupradixi, instructa autoritate tragicorū pro-
bauit, id quoq; quod à Sophocle tractum eſt, annotabo. In libro enim quarto
Vergilius Eliſſam facit poſtq; ab Aenea relinquitur, uelut ad ſacrilolarum fa- **Aeneidos .4.**

garumq;